



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 114. Episcopi Andegavensis controversia cum quibusdam Religiosis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVII. A. C. 1656. *bium capita, quos idem Pontifex in Concilium Generale convocat, ubi ex illorum sententiis ac Judiciis ipse pronuntiat, suggerente imprimis Spiritu veritatis, quem misit Christus.*

Postea Baccalaureus circa Episcoporum jurisdictionem mentem suam his verbis declaravit: *Agnosco & fateor, Episcoporum Jurisdictionem esse Juris Divini, & esse immediate a Christo, eoque in Conciliis generalibus vere esse Judicem, atque in iis ex eorum Judiciis summum Pontificem pronuntiare: neque quidquam in mea Thesi, de qua nonnulli conquiescunt, contrarium dicere intendi. In cuius fidem hic subscripsi die 14. Januarii 1656. Signatum Guillou, cum Syngrapha.*

His ita decisis Præsules ex parte totius Cleri Gallicani Theologicæ Facultati per Petrum de Bertier Montalbensem Episcopum grates egerunt, eoque Hierarchici Ordinis jura tantæ cura & sollicitudine defendere voluerunt.

§. CXIV.

Episcopi Andegavensis controversia cum quibusdam Religiosis.

Abrege de l'hist. Eccl. tom. 3.

Agitabatur insuper cum magna animi contentione controversia inter Henricum Arnaldum Episcopum Andegavensem, & quosdam ejusdem Diœcesis Reli-

Religiosos; cum enim hi suis innixi Sæc. XVII. A. C. 1656. privilegiis varias in sacris pulpitis, & scholis disseminarent doctrinas, quas Episcopus suæ jurisdictioni noxias censeret, hinc jam ante biennium Regularibus præcipue Mendicantibus plurium suorum privilegiorum usu interdixit: Hi vero supplicem jurium suorum expositionem Episcopo tradiderunt, ac summorum Pontificum, & Conciliorum decreta, pluriumque sæculorum possessionem obtendentes, Romæ apud summum Pontificem de jure suo adversus Episcopum experiri decrevere. E-nimvero Barberinus Cardinalis, ut hanc controversiam componeret, nullum non movit lapidem, pacta etiam conventa constituit, quibus Romæ non modo Regularium, sed ipsius quoque Episcopi Procurator subscripsit. Insuper Moleus Regii sigilli custos, & Valentinus Prætor suam operam utrique parti obtulere: Attamen Episcopus nec horum intercessionem acceptare, nec Procuratoris sui transactioni subscribere voluit, sed hoc anno totum hoc negotium ad Parisina Cleri Gallicani comitia devolvit, sequentesque propositiones dijudicari petiit.

I. Concilium Tridentinum non obligavit regulares mendicantes in Gallia ad obtinendam approbationem pro
admi-

Sæc. XVII. administrando Sæcularibus Pœnitentiæ
A. C. 1656. Sacramento. Illius auctoritas non potest
 est opponi ad restringenda eorum privilegia. Non est receptum in Gallia, nisi quoad decisiones fidei. Neque Bulla Pii IV. qua Concilium confirmavit, aliam vim habet in Gallia.

II. In locis, ubi Tridentinum est receptum, non possunt Episcopi regularibus approbationem limitare, nec datam revocare, etsi petita sit: sed negata, perinde est, ac si esset concessa.

III. Mendicantes approbati ab Episcopo pro una Diœcesi, approbati sunt pro omnibus, possunt etiam absolvere a reservatis Episcopo, sine hujus facultate.

IV. Nulla est obligatio adeundi Ecclesiam Parochialem ad recipienda annua Sacramenta, & audiendam Missam, vel concionem.

V. Neque Episcopi, neque Concilia nationalia, vel provincialia possunt hanc obligationem imponere, aut censuras, vel alias pœnas statuere in eos, qui non observant.

Die igitur prima Aprilis congregati Franciæ Præsules edito decreto ex præfatis propositionibus quasdam tanquam temerarias, & scandalosas, alias vero ut erroneas, ad hæresin vel schismata inducentes, Ecclesiæ, Conciliis, & præ-

præcipue Tridentino contrarias, & ^{Sæc. XVII.} Hierarchiæ Ecclesiasticæ adversas, & ^{A. C. 1656.} falsas damnarunt. Hac censura contra Religiosos obtenta fretus Episcopus, in eos inquirere molitus, illos ad tribunal suum evocavit, & duplici denuntiatione spatio viginti horarum data præcepit, ut mox illorum Superiores ceterorum nomine huic censuræ sua apponerent chirographa: Verum illi ab hac Sententia ad Superiorem Judicem provocarunt, simul Cohonem Nemausensem Episcopum rogantes, ut sequestrum agere non detrectaret: Annuit ille, nec reluctabatur Episcopus, petiit tamen, ut Religiosi scripto profiterentur, quod a sua provocatione desisterent, nec adversus Episcopi decretum, quo eis privilegiorum usus erat prohibitus, reclamarent: sed hi ad Senatum provocarunt. Non deerant potentes utrinque Patroni, & sua quisque jura strenue tuebatur, quin tamen hæc caussa in Galliis componi posset: unde per Episcopum Romam ad Alexandrum VII. delata est, qui etiam tertio post anno die trigesima Januarii tres primas propositiones proscripsit, quartam vero quoad primam, & secundam partem simpliciter acceptam esse erroneam & temerariam: suppositis vero Privilegiis Apostolicis nullam mereri censuram, & quoad auditionem verbi Dei,

Sæc. XVII. Dei, servandam esse dispositionem
 A. C. 1656. Concilii Tridentini: quintam vero
 propositionem suppositis quoque pri-
 vilegiis nullam mereri censuram,
 hanc tamen propositionem non esse
 prædicandam nec publice docendam,
 sicut nec præcedentem censuit. Verum
 hanc exceptionem Clerus Gallicanus non
 recepit, sed utramque propositionem
 non tantum hoc anno sed & anno 1700.
 damnavit.

§. CXV.

*Senonensis Archiepiscopi Declaratio
 circa Cleri Gallicani iudicium.*

*Relat. des
 delib. du
 Clerge p. 81.
 Vid. supra
 §. 27. p. 90.*

Hoc item anno in iisdem Cleri Galli-
 cani comitiis Gondrinus Senonen-
 sis Archiepiscopus plene omnibus circa
 quinque Jansenii propositiones a Clero
 deliberatis subscripsit: Hic enim æque
 „ac Choiseullius Convenensis Episcopus
 „in nupero Præsulum Conventu ante
 „biennium habito declarabant, quod
 „Cleri iudicio, quo præfatas propositio-
 „nes in sensu Jansenii a Papa fuisse
 „damnatas declaratum, ex animo sub-
 „scribere non possent, eo quod solius esse
 „Pontificis suam interpretari Constituti-
 „tionem, nullusque de vero illius sensu
 „certus esse valeret, donec legitime
 „fuisset explicata: nihilominus tamen
 „cum